

Guido Faba

*Nobili et sapienti domine
B. honorabili catanee*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Guido Faba

*Nobili et sapienti domine
B. honorabili catanee*

1226-1228

Nobili et sapienti domine B. honorabili catanee talis loci multis dignis laudibus renitenti, M. Dei gratia illustris Panici comitissa, salutem et semper salutis gaudia, prosperitatis consilia, et iocunditatis solatia invenire.

Cum inter alia viventes dominas, que in amicitie nostre numero computantur, vestram personam pura dilectio constituat principalem, ad vos tanto securius mittimus preces nostras, quanto vestra rogamina recipere cupimus, et nostra per vos credimus exaudiri.

Ideoque vestre curialitatis prudentiam exoramus, ut de tali ancilla vestra nobis gratiam faciat, eidem amore nostro libertatis premium conferentes, ut, cum catena soluta fuerit servitutis ad honorem et laudem vestram eam cuidam nostro militi copulemus, qui ratione sue bonitatis et pulcritudinis ipsam absque dotis suffragio recipiet in uxorem; et pro certo sciatis quod hoc donum reputabimus pretiosum super omnia magna dona.